



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXVI. Bischof Heinrich von Lebus bekundet die nach mit ihm getroffenen Vergleiche am 27. Juni feierlich zu Frankfurt erfolgte Lösung des Markgrafen Ludwig des Aeltern, des Markgrafen Ludwig des ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

LXVI. Bischof Heinrich von Lebus bekundet die nach mit ihm getroffenen Vergleichs am 27. Juni feierlich zu Frankfurt erfolgte Lösung des Markgrafen Ludwig des Ältern, des Markgrafen Ludwig des Römers und des Grafen Günther von Schwarzburg aus dem Kirchenbanne, am 5. Juli 1354.

In nomine Domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Episcopus Lubucensis, notum facimus, quod Magnus princeps Dominus noster, Dominus Ludovicus Romanus, Marchio Brandenburgensis illustris, pro se ac fratre suo Domino Ludovico seniore, spectabili viro Domino Gunthero Comite de Schwarzburgk, consulibus et vniuersitate opidi Vrancken-vort nostre Lubucensis Diocesis, omnibus et singulis sibi et eis adherentibus et in processibus comprehensis super omnibus damnis, iniuriis, violentiis et molestationibus, nobis, Ecclesie nostre ac capitulo nostro illatis, nobiscum et eisdem Ecclesia et capitulo amicabiliter concordauit. Propter quod ad instantiam nostram et nostri capituli a sententiis excommunicationum et aggravationum auctoritate sedis Apostolice in eos latis per venerabilem virum Dominum Nicolaum, Archidiaconum Legnicensem, ad hoc speciale mandatum habentem Apostolicum in scriptis, die XXVII mensis iunii sunt et fuerunt in Cimiterio parochialis Ecclesie Sancte Marie ibidem in Vrancken-vord publice et solenniter absoluti, quos etiam omnes et singulos absolutos esse protestamur et nihilominus in his scriptis eosdem et eorum singulos absolutos publice nunciamus. Datum Furstenwaldt, die V<sup>o</sup>. Mensis iulii, presentibus venerabilibus viris Dominis Johanne, preposito, Theodorico, Archidiacono, Johanne de Cronenberg et Nicolao de Barek, Canonicis dicte nostre Ecclesie Lubucensis, fratribus nobis in Christo dilectis, testibus ad premissa, anno Domini MCCCLIV.

Schöttgen et Kreyssig Dipl. I, 395.

LXVII. Bischof Heinrich von Lebus transsumirt eine dem Kloster Paradies angehörige Urkunde des Bischofes Paulus von Posen, am 5. Dezember 1354.

In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia episcopus Lubucensis, uniuersis et singulis presens transsumptum seu exemplum inspecturis volumus esse notum, quod constitutus in nostra presentia Religiosus vir frater Andreas de Crofna, Monachus Monasterii de Paradiso Sancte Marie, poznanienensis diocesis, nobis quasdam litteras sigillatas, duobus sigillis pendentibus in duabus zonis de rubro serico, videlicet felicitis recordationis domini Pauli, quondam episcopi poznanienensis, et sui capituli, prout inferius describentur, sanas et integras ac omni suspicione carentes exhibuit, petens nomine dicti sui monasterii, ipsas litteras auctoritate nostra ordinaria exemplari sub manu publica fideliter transsumendas. Quarum litterarum tenor talis est. (Urkunde des Bischofes Paulus von Posen für das Kloster Paradies vom 1. Februar 1234.) Quibus quidem litteris duo sigilla oblonge figure de cera glauca erant appensa etc. — In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorum idem transsumtum per manum Bernardi, notarii nostri infra scripti, scribi